

pium quoddam statuimus, cuius adplicatione quantitatis absentis valor positivus aut negativus haud difficulter innotescit.

* *Probl.* Usum calculi integralis declarare in inveniendis figurarum areis.

§. II.

GEOMETRIA.

XXVIII. Hæc Scientia est *quantitatis extensa ac continua.* *

* Exponimus notiones puncti, lineæ, superficiei, solidi, figuræ, anguli, perpendiculari, circuli, chordæ, sectoris, segmenti &c.

XXIX. Pro Mensura Anguli recte adsumitur numerus graduum et minutorum, quem continet arcus ex vertice intra crura descriptus: duo ergo anguli *deinceps positi* faciunt duos rectos; duo vero *ad verticem obpositi* æquales sunt. *

* *Probl.* 1) Angulum in campo mensurare atque 2) in chartam transferre.

TRIANGULA.

XXX. Hæc ratione laterum in *scalena, isoscelica et æquilatera*, ratione angulorum in
G rect-